



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

22 An confiscatio bonorum delinquentis condemnati in contumaciam ob
causam fidei, sit facienda à tempore latae sententiae, vel à tempore, quo
probationes signant delictum commissum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

346 De pœnis temp. hæret. special. de confiscat.

18 Tria denique sunt aduertenda. Primum, vt donatio possit reuocari tanquam in fraudem filii factam, necesse non esse donatarium participem esse fraudis; secus vero vt reuocetur venditio, permutatio, & quilibet alius onerosus contractus. habetur *l. sui prator §. si quis participes ff. quæ in fraud. cred.* Ratio huius diuertiæ dispositionis est manifesta, quia in alienatione gratuita donatarius solum passus se habet acceptans beneficium sibi impensum, ac proinde fraus in illo non spectatur in alienatione onerosa, contractu scilicet permutationis, & venditionis, æqualis est uterque contrahens. Debet ergo fraus in utroque adesse aliis terminis hæc ratio proponi solet: nempe donatarius, quia solum agit de lucro captando, in eo fraus non attenditur in emente, vel vendente agitur de damno vitando. Debet ergo vt rescindatur eius contractus participes fraudi esse sic post Bart. in *di. l. post contractum num. 3.* tradit Montepicus *num. 38.* Ioan. Hannibal *num. 39.* Clarus *practic. §. fin. q. 78. n. 17. vers. eadem.* Sanchez *lib. 2. cap. 21. n. 29.* Farinacius alios plures referens *quæst. 164. num. 58. & 75.* Bonacina *disp. 3. de contractibus. q. 8. p. vlt. §. 2. n. 2.*

19 Neque alienandum est Anton. Gomez *tom. 3. variarum cap. vlt. num. 4 post medium*, affirmari in omnibus casibus in quibus fraus ex parte alienantis præsumitur, præsumi ex parte recipientis alienationem, et enim efficit præsumptio fraudis in alienante, si statim post alienationem sequatur delictum vel si post commissum delictum alienet, & tamen cum illo contrahens hoc ignorare poterat. Ergo ex hoc capere non probatur emptorem participem esse fraudis, tradit Bart. in *di. l. post contractum, n. 8.* ibi Ioan. Hannibal *num. 156.* Montepicus *n. 62.* Sanchez *num. 30.* Farinacius *num. 83.* Item ex venditione omnium bonorum, ad quæ sequitur delictum: esto arguatur fraus in vendente, vt est ferè omnium sententia non tamen arguitur in emente. sic Montepicus *num. 18.* Sanchez *num. 30.* Farinacius *num. 75.* Item ex venditione facta continetæ personæ, vel amicissimo; sumitur sufficiens præsumptio fraudis in vendente: at in emente, si iusto pretio emat, non item tenet Ioan. Hannibal in *di. l. post contractum, num. 115. 116. & 117.* Alciat. *ibi num. 4. 1. vers. rarus in alienatione.* Vital. *de clausula rub. de fraude. p. 13.* Papiensis in *forma libelli in actione reali, glossa. veris, ac legitimis. n. 38. vers. illud tamen scias.* etio contra teneat. Bart. in *di. l. post contractum, n. 3.* Montepicus *n. 46.* Sanchez *n. 30.* Farinacius *num. 75.* Quocirca in duplici casu reputarem sufficienter præsumi emptorem esse fraudis commissæ à vendente primo, si modico pretio rem emat magni valoris, quia nemo rem suam sine causa dissipat. sic Peregrin. *de iure fisci. lib. 1. tit. 1. n. 157. vers. intellige tamen.* Sanchez *e. 21. n. 30.* Farinacius *quæst. 164. num. 75.* Secundo, si clam data opera contractus celebretur, quia illa occultatio malitiam arguit, sic Montepicus *di. l. post contractum, n. 25.* Anton. Gomez *ubi supra n. 4. vers. item etiam intellige.* Farinacius *n. 82.* Sanchez *n. 30.* vbi optime aduertit nunquam fraudem esse ex parte emptoris præsumendam, quin prius ex parte vendentis, & committentis delictum præsumatur.

20 Secundo aduerto silem reuocare rem alienatam in sui fraudem, non solum quoad rem ipsam, sed etiam quoad fructus in illa prodentes: quia ij fructus pars illius rei confiscatæ reputantur. At non reuocantur fructus percepti medio illo tempore ante sententiam, siue consumpti sint siue non, quia cum dominium illius rei fructus parturientis translatum sit in possessorem, abique vlla sico obligatione possessori acquiruntur sic multis relatis docet Sanchez *lib. 2. cap. 21. num. 42.* Peregrinus *lib. 5. de iure fisci. tit. 1. n. 174.* Montepicus in *di. l. post contractum n. 102. & 104.* Farinacius *quæst. 164. n. 55. & 56.* Bonacina *disp. 3. de contractibus. quæst. 8. p. vlt. §. 2. sine.* Limitant aliqui, vt intelligatur de fructibus perceptis ante litem contestatam, secus postea, sic Montepicus *supra.* Peregrin. *num. 185.* Farinacius *num. 157.* At non credo, quia esse litem contestatam non tollit dominium esse translatum; & ita alij Doctores hanc limitationem non apponunt.

21 Tertio aduerto, etsi fideus habeat actionem contra alienantem in sui fraudem, non tamen potest res alienatas translatas in tertium possessorem ab illo reuocare via executiua, sed ordinaria. Tum quia est valida alienatio facta. Tum quia iure communi, non proceditur via executiua, etiam si actor habeat rem sibi obligatam per scripturam. *l. minor 25. annis. ff. de minorib. & tradit Vmbert. Locat. post. in di. inquisit. q. 106. Tacnae. de hæresi. q. 120. n. 88.*

PUNCTVM XXII.

An confiscatio bonorum delinquentis condemnati in contumaciam ob causam fidei sit faciendâ à tempore latæ sententiæ, vel à tempore, quo probationes signant delictum commissum.

- 1 Prima sententia affirmat à tempore lata sententia faciendam esse confiscationem,
- 2 Probabilis est à tempore, quo testes deponerent hunc con-

tumacem in hæresim incidisse.
3 Satisfit oppositis argum.

Gravissima est hæc controuersia, quia ex illa pendet, an contumax alienare possit bona sua, antequam in contumaciam condemnetur, validaque sit eorum alienatio, neque reuocanda, nisi in fraudem fidei esse factam probetur. Si enim confiscatio non est trahenda ad diem, in quo probationes dicunt delictum esse commissum, sed ad diem, in quo sententia super delicto in contumaciam lata est, poterit contumax, dum condemnatus non est, bona alienare, & sic confiscationem bonorum vitare, & iudices fidei eludere, quod cerè non est paruum inconueniens.

1 Est igitur prima sententia defendens bona talis delinquentis non publicari à die, quo testes deponunt illum in hæresim incidisse, sed à die, qua damnatur tanquam contumax, vel à purgatione indicta defertur. sic Gabr. Quemada late probans in *suis quæst. fiscalibus. tota quæst. 8.* quem sequuntur abique vlla examinatione. Simane. *de catholice. in sum. tit. 9. num. 26.* Menoch. *lib. 2. cons. 159. sub. n. 19.* Couarr. *e. alma mater. 1. p. §. 7. num. 11. vers. sed & in causa hæresi.* Thom. Sanchez *lib. 2. cap. 22. num. 35.*

Pluribus rationibus Gabr. Quemada suam sententiam firmat: hæc sunt præcipue. Prima, quia contumax non habetur pro confesso, & confitendo, neque vt talis condemnatur, nisi à die quo perfecta est contumacia: vt habetur in *cap. cum contumacia. de hæresi. in 6. cap. excommunicatus. §. qui autem. eod. tit. & l. 1. Ergo solum ab illo die bona illius censeri debent publicata. Secundo, quia in *supra. e. cum contumacia.* solum dicitur hunc contumacem veluti hæreticum esse damnandam, non autem dicitur esse iudicandum hæreticum; sed similes illi. Ergo signum est damnari ob contumaciam; quæ similes illi hæresi in penis impositis, non autem damnari ob hæresim. Tertio ex doctrina Bart. in *l. eius qui delatorem ff. de iure fisci.* vbi decidit fictam probationem non præiudicare hæresi, sed contumax fictione iuris censetur confiteri delictum, de quo accusatur. Ergo eius ficta confessio non debet hæredi præiudicare, ac proinde bona alienata repeti non poterunt. Quarto probat ex *text. in cap. inter sollicitudinem. de purgat. canon. vbi* habetur quod deficiens in purgatione canonica detrudendus sit in monasterium: cum ergo non dicatur tradendum esse curie seculari, efficitur non esse vt hæreticum iudicandum: cui modo dicendi fuerit *glossa. ibi. non traditur (inquit) curia seculari, quia illa probatio est presumptiua. & non vera, & directæ ac proinde nullius iuris debet.* Quinto demum testes deponere te fuisse hæreticis, ob quam fauorositatis citaris sub excommunicatione per annum perisitis, non es vt hæreticus reputandus, & condemnandus, sed ad summum vt illorum fautor: quia contumacia est ficta confessio, illicque æqualeat. Ergo si ex tua confessione solum delictum fauorositatis argueretur, ex contumacia id ipsum tantum debet censeri probatum. Sexto, si post contumaciam probatam, & sententiam datam compareres, posses contumaciam purgare, & condemnationem vitare: vt tradit Couarr. *cap. Alma mater. 1. p. §. 7. num. 11.* Bernard. Diaz *practic. cap. 1. 17. sub. num. 32. vers. simo. & quod existimo.* Ergo contumacia in casu fidei non constituit iuris fictionem hæreticis, malis semel ita constitutis penas hæresi impositas vitare nequaquam posses.*

2 Nihilominus etsi supradicta sententia probabilis sit, probabilior reputo afferentem publicationem bonorum faciendam esse à die, quo testes deponunt hunc contumacem in hæresim incidisse: sic validissimis argumentis probat, & defendit doctissimus, & eruditissimus Prosper. Farinac. *de hæresi. quæst. 190. §. 12. n. 21.* Illud autem est porissimum, vt hæreticus, si condemnatus in contumaciam, non condemnatus propter contumaciam, & inobedientiam, quam Prælati Ecclesiæ habitus, eorum mandata transgrediens non comparendus; sed condemnatus ob delictum hæresis, quod præsumeris incurrisse, & pro quo citatus fuit, vt responderet, sed delictum hæresis non iudicatis incurrisse in die quo profertur sententia condemnatoria, sed in die, quo testes deponunt te exercuisse actum, ex quo talis suspicatio insurgit. Ergo ab illo die est publicatio bonorum faciendâ. Differtus est legitimus, quia publicatio bonorum delicto hæresis est annexa. Maiorem probat ex *dicto. cap. cum contumacia.* vbi infordegens in excommunicatione per annum in causa fidei, vt hæreticus condemnatur, neque enim damnari poterat vt hæreticus, si iuris dictione hæreticus non esset: & tradit glossa ibi. Couarr. *§. 7. n. 11. in priv. Menoch. de arbit. lib. 2. ca. 4. n. 6.* Bernard. Diaz *di. cap. 17. simo.* Ioan. Rojas *singul. 2. n. 4.* Albert. *de agnoscentia assert. catholicæ. quæst. 30. n. 73.* Nauar. *consil. 21. sub. tit. de hæresi. n. 2.* Pegna *3. p. com. 94.* Et ratio est manifesta, quia contumacia non est æquale delictum ac hæresis. Ergo non potest æquale penam mereri. Ergo contra iustitiam procederet Pontifex, si hæc delicta æqualiter puniret: ac suspicatio hæresis, & in contumacia persistentem eisdem penis affectuac hæreticorum præsentem vt ex *text. & Doctoribus* reus constat. Ergo non contumaciam sed hæresim puniri probatum, inquam per illam contumaciam; contumacia enim, & inobedien-

PUNCTUM XXIII.

Cui debent bona confiscata applicari

- 1 Sub varia distinctione questio resolvitur.
- 2 Confiscati ob haresim penes Pontificem residet applicatio.
- 3 Sape Pontifex constitutiones suas dirigit ad aliquam provinciam, qua tamen leges sunt univertales.
- 4 Quid Pontifices in hac restituerint.
- 5 In Hispania si sece regio integrè applicentur bona, & quid in alijs regionibus.
- 6 Debent tamen Principes mandatu Inquisitionum obedire, alias de bonis confiscatis participare non poterunt.

SI de confiscatione lata à Principe loquamur, qualis est ob crimen læsæ maiestatis, & in Castellæ regno ob crimen contra naturam, si sece regio pertinent bona confiscata, vt de se constat, At si confiscatio non à Principe, sed ab inferiori iudice facta sit, etiam si fiat de iure communi in quo casu diximus extendi ad bona sita extra territorium confiscantis; talia bona sic extra territorium confiscantis existentia non spectant ad iudicem, seu dominum confiscantem, sed ad dominum loci illius, vbi sunt sita. argument. textus in l. quicumque, §. univertales, vers. quòd si fecerint. ibi. in eius territorio est, C. de hereticis l. si. C. de bonis vacant. l. 10. l. tutores §. hares & ibi Bart ff. de administr. tutorum sic multis relatis testatur de communi Farinacius lib. 1. praxi, quæst. 25. num. 101. Sanchez lib. 1. cap. 20. num. 34. Clarus in practice. q. 78. vers. sed hic quæro. Hoc tamen intelligunt Farinacius, Sanchez, & Clarus, dummodo dominus alterius territorij habeat ius confiscandi aliàs fecus. Nam si caret iure confiscandi, confiscatio applicabitur; quia cessat iurisdictionum consilio, quæ est ratio quare bona sita extra territorium confiscantis, & per ipsum confiscata confiscanti non applicentur. Secundo afficiant Farinacius num. 108. multos referens, & Sanchez supra, intelligendum esse de bonis immobilibus; nam bona mobilia personam delinquentis comitantur, neque territorio circumscriptur, ac proinde confiscanti pertinent, ex text. in cap. 1. §. si iudex, de visibus feudorum, in illis verbis. Dominus eius omnia bona mobilia sub sacramto iudici representet, quidquid in contrarium Mediolani sequitur vt testatur Clarus de d. q. 78. vers. sed hic quæro, in fine. Tertio intelligenda est conclusio etiam in crimine haresim; nam etiam in illo crimine non debent applicari bona confiscata existentia extra territorium confiscantis ipsi, sed si sece iudicis loci illius; sic Simancas de cathol. iustit. tit. 6. n. 129. Gundissalvus, tract. de hereticis, q. 15. n. 6. & sequens. Decian tract. de crimin. lib. 5. cap. 44. n. 8. Farinacius illa quæst. 25. num. 104. & q. 109. de haresi, §. 12. n. 96. Quarto intelligi, etiam si bona existentia extra territorium confiscantis spectant ad ipsum iure directi domini, adhuc ad feudatarium non & ad dominum directum confiscantem debent pertinere, vt ex pluribus comprobatur Farinacius supra num. 102. & seqq. specialiter ex Roland consil. 78. d. num. 2. & sequ. ad. 2. volum. 2. quia vasallus infudatus à dominio de micro, & mixto imperio non solum habere debet multas suorum subditorum, quæ meri imperij sunt: vt tradit Bart & alij in l. imperium, ff. de iuris. dict. om. iudic. sed etiam habere debet confiscationes, & publicationes bonorum, quia ipse censetur quasi procurator fisci in rem suam. Ex ipse nisi crimen ob quod fit bonorum publicatio sit læsæ maiestatis aduersus dominum directum, quia tunc domino directo pertinent ea bona, etiam si extra territorium ipsius sint, in satisfactionem iniuriæ tibi factæ; nisi forte bona illa sint, in feudum, vel emphyteusim accepta à feudatario quia tunc ipsi feudatario applicentur, & vile dominium cum directo consolidatur ne ex delicto vasalli infudati detrimentum feudatarius patiar, & probat expressè textus in cap. 1. §. illud de prohibita feudi alienat. sic Roland consil. 78. per totum, vol. 2. & consil. 73. vol. 4. Farinacius alios referens, quæst. 25. n. 15. & seqq.

Aduerto tamen si sententia confiscationis ad bona extra territorium confiscantis expressè non extendere possit tunc superior illius territorij si delinquens illi subditur ratione originis, vel domicilij nouum processum instituire, & denuo condemnare, & illius vigore bona ibidem sita confiscare: sic ex Bossio tit. de bonorum publicat. num. 75. Nilo de bannitis, l. part. secundi temporis, quæst. 17. prope finem tradit Farinac. q. 25. n. 201. fine.

Ceterum loquendo absolute de bonis hereticorum in varijs sententijs Doctores sunt diuisi, cui debeant applicari attentio iure communi: Referam quid mihi verius videtur.

2 Et primò præmittendum est applicationem horum bono um penes Pontificem esse; cum enim crimen haresis Ecclesiasticum sit, & vt inquisitionis §. prohibemus de hereticis in 6. Pontifici compeit committentes illud punire, siue Ecclesiasticos siue laicos, cap. licet, de foro compet. & ibi glossa: at vna ex penis, quæ aduersus hereticos fertur est confiscatio bonorum. Ergo in illa imponenda constitutiones Pontificiæ seruandæ sunt, præferendæ alijs regijs constitutionibus, si forte contradi-

ca est quædam delicti suspecti, & aculari manifesta probatio, sequatur etiam illius delicti confessio; & siue si delictum confiteris, illud probares, sic per contumaciam confessioni sequentem manifestè probatur. Minor verò supradicti delicti per se videtur manifesta: nam licet contumax à die contumacie probare condemneris vt hereticus ratio condemnatione probare condemneris, de quo suspectus fuisti, & pro quo tuus est delictum heresis, de quem delictum non commisit, sed quando testes deponunt, item cum nobilitati respondere; sed quando testes deponunt, item cum de contumacia declararis hereticus, non tamen declararis quod auctore non fueris hereticus: Itaque enim optimè quod auctore hereticus fueris, sed quia probatum non erat, non poteris iurare, neque declarari: facta autem probatione ex tunc declararis, licet declaratio non ad delictum tempore declarationis committatur, sed commissum multo tempore antea extendatur.

Et per hæc factis factum est primo argum. contrario. Ad hoc dico, cum in supradict. text. cum contumacia, dicitur contumacem in causa fidei, velut hereticum esse damnandum, illa pericula velut non denotat similitudinem, sed protestationem, & veritatem: sicuti Ioan. Primo dicitur de Christo: Et vultum gloriæ eius, gloriæ quasi vniuersi à Patre, illud quod expressum est veritatis, & in causa præfati tradit glossa, & hanc Ioan. Philip. Franc. Ioan. And. in suprad. cap. cum contumacia Bellamera decis. 688. num. 27. & alij. Ad tertium nego in tantis probationem delicti ortam ex contumacia esse factam probationem: nam licet sit facta confessio delicti, non tamen est facta vera probatio illius; ac proinde non est mirum, si tertio procederet. Secundo concedo factam probationem regulariter non præiudicare tertio, qui si plenum habeat ius, ab illo detrahatur non est præiudicium; sed plenis probationibus, vt vult Ioan. Ripa in c. ap. de restit. spoliat. & in l. fin. C. de rei vendic. Et regim. de fidei commissis, art. 4. n. 12. At fallit in aliquibus delictis atrocibus, & specialiter in crimine haresis ob eius gravitatem, & tradit idem Bart. l. ff. de bonis eorum qui morientur, & consilium, ex text. ibi in prime Bellamera decis. 677. sub. 1. & l. sub. n. 8. vers. neque obstat. Alex. ad eundem Bart. in d. Leius quatuor sub. num. 1. in lit. B. vers. Et summa. Rojas singul. c. 1. n. 1. l. de probation. conel. 348. n. 34. Cantat. de exec. sent. c. 1. n. 2. l. ap. os referat, & sequitur Farinac. di. sp. q. 190. §. 11. num. 42. Aliqua si illa sita probatio heredi in crimine haresis non præiudicaret, neque etiam post sententiam asserere posset præiudicium quia hæc lata contra contumacem & qui se plene non defendit tertio non præiudicat vt Alexand. consil. 126. in fine, & l. 2. Sigonol. consil. 157. num. 4. Roman. consil. 15. n. 5. tradit Farinacius supra. Ad quartum dico non tradi deficientem in probatione canonice curiæ aculari, quia fallit est errorem, & non omnem ordiam postulauit vt tradit ibi Abbas, & glossa in solut. 2. in eo casu nullus hereticus tradendus est curiæ aculari, Aliam enim solationem, quod scilicet probatio per contumaciam sit contra præsumptam, & non vera, ideoque contumacem minus puniri debere: communitur Doctores probant, vt videre est in Abbate ibi num. 5. Bellam. decis. 676. sub. num. 4. Alias, vt bene dicit Farinacius num. 44. oporteret dicere neque confiscationem habere locum à die perfectæ contumacie, & lapsus non à die sententiæ, & condemnationis, quod nullus dicit. Ad quintum dico eam citari respondere de fautoria haresis, si factum sit plene probatum, vt cap. debet esse citatis, vt patet suspitionem haresis, quam incurritur; quam purgationem si quis facere, non solum probas per contumaciam ipsam contumaciam, sed potius ipsam suspitionem; ita vt ipsa suspitio, quæ principio erat leuis, facta citatione transit in vehementem, & perfectæ contumacia redditur violenta; & digna vt omnium contumaciam tanquam de delicto verè probato damnetur. Neque obstat fautoriam esse haresis in genere, & non in particulari, vt non possit hic fautor vt hereticus condemnari, quia ad hanc condemnationem sufficit errare contra fidem vt dicitur in genere, vt ex Bellamera decis. 688. num. 33. & ex Ripa ad Eym. l. part. quæst. 54. vers. sic talis tradit Farinac. num. 51. Adde raro fautoriam esse haresis in genere, quia raro fautor hereticus, vt sic, sed tali heretico, tali errore effecto: ac proinde illius erroris, cui fauorem præstitit, fautoria dicitur, & suspitio illius haresis est illa fautoria generatur. Ad sextum respondet, si comparando probas non habuisse culpam in contumacia quòd fuisti inquisitus, vel aliter impedimus comparatio purgans contumaciam, & infirmas sententiam, si forte lata fuit, quia ex falsa præsumptione fuit lata. At si comparando contumaciam recognoscis, delictum verò de quo fuisti vt suspitio citatus negas, non es audiendus, neque ad penitentiam accipiendus quousque delictum fatearis, & errorem abiures, licet si veris rebus de crimine conuictus esses: sic docet Eym. l. part. quæst. 47. num. 4. Bellam. decis. 688. sub. n. 30. vers. simò

DE
VSTRO
ALAO
TONI
II